

18. quia non diligimus Deum magis
quàm nos ipsos;
19. adeo ut abnegato perfectè omni
proprio commodo, referamus ultimò o-
mnia AD SOLUM DEUM.
20. Est tamen in perfecto quodam
gradu secundum gratiam & ἐπιείκειαν
Euangelii:
21. quatenus vel diligimus eum ma-
gis, quàm alia bona omnia;
22. adeo ut abnegato saltem commodo
temporali, queramus & speremus o-
mnia IN SOLO DEO:
23. vel ad minimum diligimus ac ti-
memus eum magis quàm alios omnes
datores bonorum;
24. adeo ut abnegatis omnibus salvo-
rioribus & auxiliatoribus alienis, peta-
mus & accipiamus omnia A SOLO
DEO;
25. timentes videlicet accipere aut te-
nere quicquam, unde vel certa sit ir-